

Eidem Taddaeo And. Duditij S.  
 Scriptis jam literis, cum quosdam noster alteras tuas reddidit  
 cupio ex te scire, quo abierit misera familiaria vinet.  
 Velle eam sublevare pro virili mea parte. de ipso ac de  
 his quoque deq. viderit. Incredibile est, quanto opere hoc capere  
 affectu sim. Mirabar quomodo Kunou possit sibi aliam  
 manum suam eripi. Quicquid de illo intelliges, obsecro te,  
 semper me certiores facias. Viennae non dubito, te an  
 eos habere aliquos; qui mihi certe nulli sunt; quibus da  
 negotium possis, ut confidenter ad te de eo, omnia per  
 scribant. Inquirant a. diligenter in omnes circumstantias  
 ut sciamus, quid de eo statuatur; ubi collocaverint; a  
 questionibus subjiciant; quae sit causa captivitatis, quae  
 accusationis capita. Haec res ad me quoque privatim  
 pertinet; quo majore studio id a te contendo. Etsi forte  
 fasce nihil est ab eo factum, ne cogitatum quidem, ut  
 ego arbitror, quod vere proditorium dici possit, aut a  
 a crimen laesa Majestatis trahi; tamen una religio  
 satis causa erit ad hominem perdendum. Nihil te ad  
 eum dedisse literarum, quod tibi nocere possit, confido.  
 Sed tamen si quid liberius aliquando s. ut fit inter amicos  
 scriptum abs te est, etiam atque etiam cogita de remediis.  
 Ego quoque a multis annis ad eum scribere, soleo, de rebus  
 Theologicis praesertim, ille vicissim ad me; quin libros  
 quoque mihi inscripsit, aliquos etiam meo rogatu scripsit.  
 Quis magis doleo et sollicitus sum de re tota. Expecto respo  
 sum ex quodam loco de te. Nam mea sponte s. quod te cele  
 re volebam ante rem confectam, si tamen confisi po  
 ferit; commendaveram te de optima nota, magno cuidam  
 Principi, per amicos; Deum rogo ut conatus meos pro  
 tinet. Viennens. consilium ut prorsus abjicias, suadeo  
 ne te in flammam precipites. Wittichij meo rogatu  
 ipse profitetur, scripsit supra 24. theorematum de parallelis  
 una doctrina, ad motum terra Copernicium accommodata  
 dicit se habere etiam plura apud se. ea lavile ut omnia  
 hujus s. quod inter nos dictum sit; contemnebat. Ex Dige  
 stis suo artificiose de promissa affirmabat, quae aliquid  
 momenti haberent; Etsi Digestum quoque ipsum non magis  
 faciebat

faciebat. Si haec theorematum videres, ante dialecticorum huius  
editionem, fortasse plura tibi in mentem venirent. Et,  
haec studia iterum libere, inio jam iterum ut obliuio  
ferri exiderunt mihi, etiam ipsa proprie elementa; tamen  
valde cupio librum tuum edi in lucem; cui equidem im-  
mortalitatem spondeo. Paterit agi cum heredibus Weckeli.  
Vale feliciter. 30. Januarij 1582.

Eidem.

431

Excell. & Clariss. & amice obs. S. P. Cogito vos jam saluos  
domum pervenisse, cupio quidem certe ex intimo corde.  
Magnum vestri in animo meo desiderium reliquistis.  
Vos mea vobis quoque omnia felicia exoptat. Rogo  
ut mihi descriptas mittatis illas regulas Qui Klavij  
cum diagrammat. ibidem descriptis. Pateram describere  
cum librum apud me triduum habuissem, sed nescio  
quomodo neglectam id est. Cupio item habere  
Cabricij sententiam de emendatione Calendarij.  
Pontifex Bullam promulgat, & omnibus Christianis  
mandat, ut octobris futuri diem 5 numerent  
pro decimo quinto, & si decem dies de anno demant.  
Non intellego quae haec sit ratio, & quam laudanda  
de quo iudicium vestrum exspecto. Witichius conjicit  
id ea de causa fieri, quod illo mense & die Ponti-  
fex natus sit. Bona conjectura, si natalis in illud  
tempus incidit. Rogo ne obliviscat, libri Jesuitici  
de sceleribus aut quomoxinis, & catalogi librorum,  
quos vester Gallus isthuc habet. Mittat ad hunc  
librarium affinis sui servum, bona fide remittet,  
libros autem, qui hic haberi non possunt, quales non  
paucos in illa bibliotheca habere eam animadverto,  
eman, parata pecunia. Si non erit ei damno hoc  
officium